

SIGLA

N = codex Neapolitanus, nunc Guelferbytanus Gudianus 224. circa annum 1200 scriptus
A = codex Leidensis Vossianus Lat. 38 (desinit ii. i. 63). circa annum 1300 scriptus
F = codex Laurentianus plut. 36. 49. circa annum 1380 scriptus
L = codex Holkhamicus 333 (incipit ii. xxi. 3). anno 1421 scriptus
P = codex Parisinus 7989. anno 1423 scriptus
D = codex Dautertrienensis i. 82 (olim 1792) (incipit i. ii. 14). saec. XV
V = codex Ottoniano-Vaticanus 1514. saec. XV
Vo. = codex Leidensis Vossianus 117. saec. XV
 Δ = consensus codd. *D V Vo*.
 μ = codex Parisinus 8233; siue Memmianus. anno 1465 scriptus
 π = codex Parisinus 8458. saec. XV
 ν = codex Vaticanus Vrbinas 641. saec. XV

O = codicum consensus
 $\left\{ \begin{array}{l} \text{NAFPVVo. ab initio ad i. ii. 13. MANCA D} \\ \text{NAFPDVVo. a i. ii. 14 ad ii. i. 63. TUTTI} \\ \text{NFPDVVo. a ii. i. 64 ad ii. xxi. 2. MANCA A} \\ \text{NFLPDVVo. a ii. xxi. 3 ad finem. MANCA A, C, L} \end{array} \right.$

S = codices deteriores

Flor. = florilegium cod. Paris. 15155 olim, nunc cod. Vat. Reg. lat. 2120 pars. saec. XIII

N₁, A₁, F₁, L₁, P₁, V₁, Vo₁ = manus prima codicum *NAFLPPVVo*. postea correctae (in codice *F* correxit *F₄*, nisi alia manus commemoratur)

N₂, A₂, L₂, P₂, V₂, Vo₂ = lectio in codicibus *NALPPVVo*. siue mutata siue uaria

F₂ = lectio Lombardi a Serico in codice *F*.

F₃ = lectio Colucci Salutati in codice *F*.

F₄ = manus recentiores quae codicem *F* correxerunt

D₁ = lectio codicis *D* in uersu

D₂ = uaria lectio primae manus in margine codicis *D*

D₃ = manus recens in margine codicis *D*

*** indicat lacunam

codicum uarietates maioris tantum momenti adnotauit.

viii

SEXTI PROPERTII ELEGIARVM

LIBER PRIMVS

MONOBIBLOS

I

CYNTHIA prima suis miserum me cepit ocellis,
 contactum nullis ante cupidinibus.
 tum mihi constantis deiecit lumina fastus
 et caput impositis pressit Amor pedibus,
 donec me docuit castas odisse puellas
 improbus, et nullo uiuere consilio. 5
 et mihi iam toto furor hic non deficit anno,
 cum tamen aduersos cogor habere deos.
 Milanion nullos fugiendo, Tulle, labores
 saeuitiam durae contudit lasidos. 10
 nam modo Partheniis amens errabat in antris,
 ibat et hirsutas ille uidere feras;
 ille etiam Hylaei percussus uulnere rami
 saucius Arcadii rupibus ingemuit.
 ergo uelocem potuit domuisse puellam: 15
 tantum in amore preces et bene facta ualent.
 in me tardus Amor non ullas cogitat artis,
 nec meminit notas, ut prius, ire uias.

I 1 sola *P₁* fecit *AF₁P₁* 3 Tunc *AFP* 7 et] ei *Rosberg*
 toto . . . anno *NF₄V₂*: toto . . . annis *A* (ex ano corr.), *F₁*: totis . . . annis
PV₁V₀. 9 Minalion (Men- *P₁*, Min- *P₂*) *O*: Minalion *F₄*, in
 ng. *P₁*: corr. *Volsus* 11 post bunc u. duo uu. excidisse putat
Housman, sed uide 12 12 ille] saepe cod. *Vat. Liunici* ciere uel
 mouere *Baebrens*: alii alia 13 psilli *O*, corr. *Franciscus Arretinus*
 uulnere *NP₂V₀*: arbore *AF₁* (ab *superer. F₄*?): ab arbore *P₁*: uerbere
Baebrens: robore *Rosberg* 17 nullas *O*, corr. 5 18 memini
AF₁P

I

SEXTI PROPERTI

at uos, deductae quibus est fallacia lunae
et labor in magicis sacra piare focis,
en agedum dominae mentem conuertite nostrae,
et facite illa meo palleat ore magis!
tunc ego crediderim uobis et sidera et amnis
posse Cytaeines ducere carminibus.
et uos, qui sero lapsum reuocatis, amici,
quaerite non sani pectoris auxilia.
fortiter et ferrum saeuos patiemur et ignis,
sit modo libertas quae uelit ira loqui.
ferte per extremas gentis et ferte per undas,
qua non ulla meum femina norit iter:
uos remanete, quibus facili deus annuit aure,
sitis et in tuto semper amore pares.
in me nostra Venus noctes exercet amaras,
et nullo uacuis tempore defit Amor.
hoc, moneo, uitate malum: sua quemque moretur
cura, neque assuetu mutet amore locum.
quod si quis monitis tardas aduerterit auris,
heu referet quanto uerba dolore mea!

II

Quid iuuat ornato procedere, uita, capillo
et tenuis Coa ueste mouere sinus,
aut quid Orontea crinis perfundere murra,
teque peregrinis uendere muneribus,

19 pellacia *Fruter* 20 fata *Fontein* 24 Cytaeines *Herzberg*:
idem Cytaeines: cythalinis *N* (cythainis *corr. m. incerta*): citalinis *FiPr*:
cithalinis *AF2P2*: cythalinis *VIVo*: cithenis *V2*: cit(a)enis in *mg. pro u.l.*
P2 (*m. rec.*), 5 25 Et *O*: At *F4*: aut *Hemsterhuys* 31 facili *om. Vo*:
facilis *F* 32 et] ut *Richards* 33 uestra *Richards*: dura *Francius*
me non nostra *Housman* 36 torum *Otto*
II 1 uita *N* (*sed rasura supra i*): uita *A*: uicta *Fi* (uincta *F3*, uita
F4): uincta *Pr* (*corr. m. rec.*): uincta *V*: uita *Vo*.

ELEGIARVM LIBER I

naturaeque decus mercato perdere cultu,
nec sinere in propriis membra nitere bonis?
crede mihi, non ulla tuae est medicina figurae:
nuda Amor formae non amat artificem.
aspice quos summittat humus formosa colores,
ut ueniant hederæ sponte sua melius,
surgat et in solis formosius arbutus antris,
et sciat indocilis currere lymphæ uias.
litora natuius persuadent picta lapillis,
et uolucres nulla dulcius arte canunt.
non sic Leucippis succendit Castora Phoebe,
Pollucem cultu non Hilaïra soror;
non, Idae et cupido quondam discordia Phoebo,
Eueni patriis filia litoribus;
nec Phrygium falso traxit candore maritum
aucta externis Hippodamia rotis:
sed facies aderat nullis obnoxia gemmis,
qualis Apelleis est color in tabulis.
non illis studium uulgo conquirere amantis:
illis ampla satis forma pudicitia.
non ego nunc uereor ne sim tibi uilior istis:
uni si qua placet, culta puella sat est;

7 tu(a) est *VIVo*: tua est *cett.* 9 quot 5: quo (*sc. melius*) *Lachmann*
10 ut *Itali*: Et *O* 13 persuadent (-rent *F*) *O*: collucent in *mg. pro*
u.l. *P2*, 5: praeuolgent *Baebrens*: praegaudent *Otto*: pergaudent *Enk*: pen-
dent sua *Barber*: sua gaudent *Bailey* 14 hinc incipit *D* 16 ilaira
N2P2: telaria *Nr*: tela ira *AFr*: telaira *F43*, *Pr*: thelaira *DV* (in *Vi* in *y*
corr.), *Vo* 17 idae *N* (*ex ida corr. m. i*), *D3V2*: ydae *P2*: ida *DrVIVo*:
yda *AFPr* 18 Eueni *N* (*ex Euenit corr. m. i*), *F4P2D3V2*: Euenit
AFPrDrVIVo 19 Non *Δ* 20 Aduecta *PDVo* 23 con-
quire *NF4Δ*: aquire *AFr*: aquire *F3*, *P* amittes *A*: amittes *Fi*
24 forma s. ampla *AFP* 25 post hunc u. duo u. excidisse putat *Havet*
nunc (*nc*) *ex non corr. N* Non ego non *cod. Pal.-Vat.* 910: nunc ego
nunc *Hartman* uerear ... istis? *Jacob*: mereor ... istis? *Garrod*
mihi 5: sis tibi *Weble* 26 culta] una *AFPrD2*

SEXTI PROPERTI

cum tibi praesertim Phoebus sua carmina donet
Aoniamque libens Calliopea lyram,
unica nec desit iucundis gratia uerbis,
omnia quaeque Venus, quaeque Minerva probat.
his tu semper eris nostrae gratissima uitae,
taedia dum miserae sint tibi luxuriae.

III

Cynthia
QUALIS Thesea iacuit cedente carina
languida desertis Cnosia litoribus;
qualis et accubuit primo Cepheia somno
libera iam duris cotibus Andromede;
nec minus assiduis Edonis fessa choreis
qualis in herboso concidit Apidano:
talis uisa mihi mollem spirare quietem
Cynthia non certis nixa caput manibus,
ebria cum multo traherem uestigia Baccho,
et quaterent sera nocte facem pueri.
hanc ego, nondum etiam sensus deperditus omnis,
molliter impresso conor adire toro;
et quamuis duplici correptum ardore iuberent
hac Amor hac Liber, durus uterque deus,
subiecto leuiter positam temptare lacerto
osculaue admota sumere tet arma t manu,
non tamen ausus eram dominae turbare quietem,
expertae metuens iurgia saeuitiae;

29 ne AFP uerbis NAFFD2V2: dictis D1V1V0.
III 6 concidit NA2, in mg. pro u.l. P2, V2: concidit A1FP1 (in hoc c
deletum): concidit DVIV0.
7 spirare P (ut uid.), N2 (m. aequal.),
F4V2, V0. primo: sperare N1AF1DV1, V0. corr.
Guyet 16 et arma] cara Koch: rapta Heinsius: rara Struve: amara
Barth: ad ora J. F. Gronovius

ELEGIARVM LIBRI

sed sic intentis haerebam fixus ocellis,
Argus ut ignotis cornibus Inachidos.
et modo solvebam nostra de fronte corollas
ponebamque tuis, Cynthia, temporibus;
et modo gaudebam lapsos formare capillos;
nunc furtiua cauis poma dabam manibus;
omniaque ingrato largibar munera somno,
munera de prono saepe uoluta sinu;
et quotiens raro duxti suspiria motu,
obstupui uano credulus auspicio,
ne qua tibi insolitos portarent uisa timores,
neue quis inuitam cogeret esse suam:
donec diuersas praecurrens luna fenestras,
luna moraturis sedula luminibus,
compositos leuibz radiis patefecit ocellos.
sic ait in molli fixa toro cubitum:
'tandem te nostro referens iniuria lecto
alterius clausis expulit e foribus?
namque ubi longa meae consumpsi tempora noctis,
languidus exactis, ei mihi, sideribus?
o utinam talis perducas, improbe, noctes,
me miseram qualis semper habere iubes!
nam modo purpureo fallebam stamine somnum,
rursus et Orpheae carmine, fessa, lyrae;
interdum leuiter mecum deserta querebar
externo longas saepe in amore moras:
dum me iucundis lapsam sopor impulit alis.
illa fuit lacrimis ultima cura meis.'

20 uti notis Scaliger ignotae Francius: in notis Hailier: in natis (gnatis
Phillimore) Kraft 25 omnia quae Dousa pater 27 duxit O, corr. 5
29 sibi DVIV0. 30 cogeret N, F3?, PV2: cogerit A1DV1V0. 31
percurrere DV: percurrere V0. 33 Compositis A1P1DV1V0. ocellis
A1FP1 34 nixa Passerat 39 producaded. Grypbiana 43 grauter ...
loquebar DVIV0. 45 lassam P primo, V2 46 cura] meta 5: ceta Scaliger